sed bōis cuncti ornati eter naliter reficiamur in pria Eya ergo frēs dilectissimi: co rōa mea et gaudium meuz qđ estis: oēm ociositatem expellite: semp aliqd boni facite: et quem tedet ora- re psallere non desistat: quem tedet orare vel psal- lere: laborare manib⁹ nō differat: cogitantes q quā diu dauid exercitauit se in milicia ñ insultauit sibi lu xuria: sed postq̄ in domo ociosus remansit. Labora uit adulterio: et homicidiū ꝯmisit. Sanson dū cū phi listeis pugnauit, non potu it capi ab hostibus: sȝ post q̄ȝ dormiuit in sinu femie et ociose cū ea remāsit mox capit et cecat ab hostibus salamon dū occupatus eēt in edificatione templii: nō sensit luxuriaȝ: sed mox re cedens ab opere ꝑsensit in sultum luxurie: et pficiens femina instigauit ad idola et adorauit in thalamo vi- tulum aureuȝ. Uigilate ergo fratres mei: vigilate et no- lite deficere: quia nec san- ctiores Dauid nec fortio- res Sāsone: nec sapientio res Salomone vos esse co gnosco. Deponatis oēȝ ac cidiā: que sermōem nudū reddit: bonis oībus nos ꝑ uat. virtutum vestimentis nos expoliat. O frēs mei honesto opere semper oc- cupatos vos esse desidero et quod perdidistis in secu lo per preteritum recupe retis laborando i heremo in futuro. Et si aliqui sunt ex vobis qui ꝑ ānos. lxxx. et amplius in heremo sunt sanctissime ꝯuersati: iugo sctē obediētie: pauptatis et castitatis decorati iaȝ gau deant. expectantes beataȝ spem et aduentuū dñi. Isti n. vt videmus q amplius ieiūijs et orationbius et opi bus mōasterij insistere nō pñt: fecerūt dū potuerunt Propterea filioli mei si mō ñ faciūt ea q̄ facere cō sueuerant nō sit vobis mo lestum. Si quiescunt: non miremini. Si venerant a me vt pres: nos tristemini qr ipsi digni sunt. Non. n.

dolere debetis qz charitas nõ cogitat malũ: sz gaudet de alteri bono. Ideo volumus et in xpi nomine ordinamus: vt et ipsi qui centũ annoꝝ et amplius sunt prẽ nrĩ sedendo in lectulo dicãt et diligenter eis sine murmure seruiãt vt et ipsi ꝓ nobis itercedãt in celis quorum habitatio iam ibi est. Quã obtinere faciat nos ille q est benedictus in secula. Amen.

De inuidia s̄mo. xviij.

Fratres mei desideratissimi nolite inuicẽ inuidere: sz studeat vnusquisqz deo in cunctis placere. Inuidia .n. oẽs virtutes ꝯcremat.. oĩa bona dissipat: oĩa mala generat. Sed dicetis. Nos quidez grossi sumus: peccare optime scimus: sed vitare pctã vel a pctis resurgere ignorãtes et fragiles sum⁹. quo modo ḡ iuidiã habẽtẽ: vel nos ipsam habẽtes cognoscere poterim⁹. O fratres mei cupitis vosipsos: si iui di estis cognoscere cupitis et fratrem vestrum inuidiã habentem cognoscere. Attẽdite q̄ ille inuidus ẽ qui alienum bonum suum facit: et si facere nõ potest clamat per vicos et plateas: et velut canis latrat et ardet: sed p̀mo seipsum more fenicis occidit. Quid .n. agit fenix: nisi q̄ dum senescit: ad ptes calidissimas volat ligna siccissima ꝯgregat et lignis cõgregatis: alis gna percutit: et sic ignẽ accendit: et in eodem se comburi ꝑmittit. Ex qbus cineribus vermiculus nascitur: et post modũ fenix alia efficit. sic et hypocrita facit sic et inuidus agit: cunctis diebus vite sue: intus et extra seipsum comburens seipsum p̀mo inuestans: prio seipsum vulnerans et verãs O inuide q̄z paucos hẽs amicos: et forsitan neminẽ habes de cuius bono non doleas: et d̄ cuius malo nõ gaudeas. Merito oi amico priuari debes: eo q̄ nullo amicorum bono gaudere probaris. O inuidia oi

vitio peior et oi peste deteri or. O inuide qui nunquam qeicere potes. an ignoras qd ois malitia hz aliq̄z fe licitatis vmbrã: sz tu ipsa i uidia neqssima pestis: tor mētū sine refrigerio: mor bum sine remedio: laborē sine respiratiōe: penā sine intermissione: famē sine sa turatiōe semper habere vi deris. O iuidie vermis mor tifere: qui in hederatione quotidie nasceris. O igne us serpens: quo populus israel pūgitur. Hic est eni frēs brucus: quo fructus terrarum depascit. Legi mus enim dilectissimi fra tres mei q filijs israel mã na celitus datum est quo reseruato scaturiebat mul titudo vermium. sic ex cele sti gratia fideli collata. oc casionaliter in aio supbi in uidia nascit: et quanto ma gis celestis gratia fideli so lidat: tanto magis super bi mens in inuidie vermez resoluunt. Legimus enim vermem ex hedera natum cuius vmbra ionas a calo re defendebatur tandem hedera corruit: et funditus deuastatur per vermem in uidie. filios etiam israel i dserto peregrinantes et Le gimus igneos serpentes pupugisse. sic et vos here mi sacri cultores: veri filij israel dum inuidos vestros de vobis susurrantes audi tis: exultate quoniam fi lij dei et sanctorum patruz effici meruistis. Exultate orantes pro eis: vt eos soci os habere in sanctorum collegio mereamini repre hendentes et ostendentes eis quod illa inuidia est il la pessima tinea: que pur purauramenta virtutum demolitur. erugo q̃ thesau rum sapientie depredatur brucus qui terre virentia comburit: quia quicquid boni operis virescit in ho mine. pene pestis inuidie pdit. Hec ē q̃ angelum de celo proiecit: que hominez de paradiso exulauit. que filios israel in deserto per cussit. que contra Joseph fratres armauit: que Da

nielem in lacum leonū mi
sit: q̄ caput nostrū cruci af
fixit: q̄ iudam suspendi fe
cit. Scitote frēs mei atq3
discite: ⁊ sup tecta pspicaī
q̄ inuidia est illa fera pessi
ma: que fidem tollit cōcor
diam dissipat: tertia3 ligu
mā multiplicat: iustitiam
dissipat ⁊ oīa mala gene-
rat. Hec ē q̄ Abel occidit:
Adā onerauit vel exulauit
pastorem suspendit: petrū
iugulauit: dnm christum
negauit: paulū decollauit
⁊ Joānem: Stephanu3 la
pidauit: gloriam prostra-
uit dauid decepit: muros
hierusalem euertit: roma3
depopulauit: carthagine3
dstruxit: troiā deuastauit
⁊ multa mala per hanc fe-
ram pessimam in orbe ter
rarum facta esse legimus
O frater mi dilecte: o ru-
sticane amande: o dimidi
um aie mee cur inuidiam
non deponis: cur eam dili
gis nūqd mortem diligis
nunqd ad suspendiū pgis
nunquid in lacum te proij
cis. O inuidie qui nunquā
quiescis sed semp cū Sau
lo seruos dei persequetis.
eos ligatos ducens ad pn
cipes sacerdotu3. Ecce. n.
alios laboras tenere. sed
tu teneris ab illis. alios li
gare procuras: sed ecce ca
dens in terram audis cu3
saulo. Cur me psequeris.
Alios tenere sollicitas. sed
ecce cecatus teneris a cun
ctis: alios fraudare procu
ras: ⁊ ecce nequiter dfrau
datus: mox deportaris ad
tartara. Eya ergo fratres
deponite inuidiam: ⁊ si q̄s
inuidiam hbbere videtis:
orate p eis: q2 totiens mo
riuntur: quotiens vident
vos bonis operibus reful
gere. Cupis ergo eos tor-
quere. Nunq̄3. n. melius i
hos torquere poteritis q̄3
virtutibus ⁊ glorie seruien
do. Tūc. n. latrāt vt canes
vt canes deuorant vt leo-
nes: facie palescunt: capi-
te minant: oculi sentillant
vt sydera: manus cācella
tas astrigūt. dētib⁹ stridēt
⁊ sic aīa ⁊ corpe moriuntur
Vos āt bn̄facite non tm̄ vt

eos ad furorē accendatis: sed vt deo placeatis. Orate p psequentibus et calūniantibus vos dolentes de malo corporis: sz fortius de anime pditione. ergo concedat nobis christus peccatorum contritionem: et proximi amorem infundat: qui est bñdictus i secula Amē.

In vigilia natiuitatis christi. Sermo. xviiij.

Accingimini filij potentes et estote parati qr die crastina delebitur iniquitas terre et regnabit super vos mūdi saluator. crastina die tenebrarū caligo minuetur. Crastina die lux oculis fidelium et credentibus reddetur. Crastia die mūdus suā reparationē āplectetur. Crastina die cōditor sydez redēptorqz oīuz penditurus ē ad vbera sancte Marie virginis. Crastina die ille qui eternaliter precedit volubilitatem seculorum: igerere se icipiet cursibus annoz. Crastina die solutis nature legibus: ex solius diuinitatis potētia

virginis Marie viscera fecūdantur: et ex riuulo suo fluuius magnus orietur: et fructus apparebit optimus et ex virgulto suo radix pfectorum pcedet tanqz sponsus de thalamo suo Crastina die O monache suscipis infantulum Jesum q tñ ante omnia secula factus ē. Para igitur te: qr ipse dignatur videre te. osculari te: astringere te: et nunqz dimittere te: nisi tu pmo dimiseris: Aspicite ergo fratres oculis mētis et corporis: et videbitis dei potētiam venientē et pcedentem a patre tanqz sponsum de thalamo suo: quē aspicitis: quē tenebitis: quez adorabitis pura mente et mundo corde. Ipsuz fortiter tenete totum in mundo: et totū i celo. Totū in mūdo ad iustificationem: totū in celo ad glorificationem. Totum in mundo vt educat peregrinantes: totum in celo vt recipiat pueniētes. Totum in solio patris totum in gremio gloriose matris

Sic. n. crastia die patebūt signacula figuraruz: fulgebūt oracula prophetaꝝ apparebunt miracula naturarum: stillabuut spiracula gratiarum: qꝛ nascetur Jesus xp̄s filius dei viui i bethleez iude. Dum. n. venerit videbimus rubuz ardere sed non consumi virgam aarō frondentē ⁊ fructum facientem: Accingimini ergo filij potentes ⁊ estote parati: vt videꝛ possimus cū ezechiele portaz sacratissimā perpetuo clausam. Crastina enim die videbimus etiam cum Daniele puero sancto lapidez angularē. Crastia die videbimus regem regum mentalibus oculis ⁊ humanis sub forma panis visibilis panem inuisibilem: alimoniam celestem: refectionez beatam cibum eterne vite pignus nostre redēptionis hostiam salutarem: quaz die crastia toto affectu mā ducare debemus. Jste ē illepanis ⁊ cibus dat⁹ israelitico populo: māna dulcissimum habens in se oēz delectationē ⁊ saporis suauitatem. Jste est ille cibus quem vidit pharao: i quo spicc pulchrī ⁊ formose erāt Jste est ille panis datus helye: in cuius fortitudie ambulauit quadraginta diebus ⁊ quadragita noctib⁹ ⁊ ꝑuenit vsqꝫ ad montem dei. Jste est ille panis quo cibantur angeli: quo saginanꝛ apostoli: quo reficiūtur martyres: quo pascuntur ꝯfessores: quo nutriuntur virgines: ⁊ satianꝛ electi omnes. ¶ Panem autez hunc siquis digne manducauerit nō morieꝛ i eternū qm̄ spūs vite ⁊ ipsa vita ē. Hic ē panis qui de celo descendit quem virgo nobis cras presentabit: quem in gremio portabit: quem in vētre baiulauit sine grauamine: quē ⁊ pepit sine corruptiōe. Cui⁹ mr̄ inuenta ē virgo añ partū: virgo in partu virgo post partū ip̄a quē gēuit adorauit sꝫ prius mēte q̄z vētre ⁊ ꝑusq̄z fili⁹ vtero ꝯciperet. Leuate g

frēs mei: leuate i hac vasta solitudine capita vr̄a. ecce n. iā ē in porta redēptio vestra. O q̃3 magna magnalia: de⁹ pp nos opatur: ecce. n. quō nos amauit. Ipse enim deus hō factus est creator creatura ditissim⁹ pauper. Cōditor legis: destructor legis pp nos appellat̄. Amauit. n. nos vt recipet nos hūiliauit se: vt exaltaret nos in se. Inclinauit se. vt erigeret nos ad se Ecce. n. quō nos amauit̄: qr d̄scēdit vt nos exaltaret exinaniuit se vt nobis ptātē dōaret. Accingimini g̃ filij potentes ⁊ estote parati: qr die crastia videbim⁹ irreuerberata acie fidei. in vno eodēq3 deo ⁊ hoīe diuinitate3 incarnatam maiestate3 subiugatam: libertatē captiuata3: virtutē infirmatā eternitatē terminatā: virginitatē fecundata3 vitam infirmatā. Accingimini g̃ ⁊ estote parati: mēte pura: fide integra: charitate sincera: vt dum venerit ille sanctus sanctorum ⁊ pulsauerit: ꝯfestim apiatis ei. Nō igit̄ tedeat vos modico tpe carnē vestram domare ieiunijs ⁊ abstinētia esce ⁊ potus: qr ecce remunerator adueniet: reddens vnicuiq3 ꝑm opa sua Saluatorē igit̄ expectātes sobrie: iuste: ⁊ caste viuamus i hoc seculo: expectātes beatam spem ⁊ aduentū dñi: vt digni cū eo gl'ia ri possim⁹ i celis. Amen.

De natiutate domini Sermo. XX.

FRatres dilectissimi homo nō solum per sapiētiam dei factus erat vt eēt: s3 ēt ad sapientiam dei factus erat vt beat⁹ eēt vt ille videlicet frueret̄ eo sensu quo percipi sapiētia poterat. Sed qr peccando sensu3 amisit. quo sapiētia frui debuisset. qr obl it⁹ ē comedere panem suū ⁊ refectionem illam qua viuūt aīe: in corporalē cōmutauit delectationem. Terrenis igitur ⁊ corporalibus sensu ⁊ affectu immersus

non potuit se ad spūalium cognitionem sine amore erigere: qꝛ sola ea q̄ carnis sunt agnoscens: spirituali um iocunditatem nō agno uit. Jdeo ipsa dei sapien- tia cum sursum esset: deor suꝫ hodie venit vbi homo erat: vt eum reuocaret vñ ceciderat. Et ecce verbum caro factum est vt deus ⁊ homo inter homines esset ⁊ sic conuersus est panis il le in lac: vt a paruis homi nibus summi posset. Sapi entia ipa sursuꝫ panis erat ⁊ eadem ipsa sapientia de orsum lac erat. Jn diuini- tate ipsa sapiētia pāis erat ⁊ in humanitate panis de celo descendens hodie lac factum ē: vt tanq̄ꝫ infātes per lac nutriri: homines roborati ad panem deita- tis accedere possent vt idē ipe reficeret: ⁊ reficiēdo lā guidos ad incorruptioneꝫ repararet. Dedit g̊ reparā dis ad icorruptionē alimē tū icorruptiōis: puulis qui dē imaculataꝫ carnē q̄ꝫ sū psit d̄ virgine mr̄e: pfectis vero incorruptibilem diui nitatē quam habuit d̄ eter no pr̄e. Jstis ne iteꝝ d̄fice- rēt i via: ſꝫ illis vt reficerē tur ⁊ pficerent̄ i p̄ria. Jstis ad ꝯsolationeꝫ. sed illis ad glorificationeꝫ. ¶ Propter hoc g̊ dei fili⁹ ꝑ redēptio ne hoīum hō hodie factus ē: vt caro p carnē liberet̄: ⁊ humano generi d̄ suo su meret̄ p̄ciū redēptiōis: vt ide remediū fieret vñ vitiū ꝯtractū fuerat ⁊ i eodē mō straret̄ ⁊ pitia medici. ⁊ iu stitia redēpti: quādo d̄ suo ⁊ sanādo inuenit̄ remediū ⁊ preciū redimendo. Quia vero a corruptione liberā dum erat. iccirco p̄cium re demptionis incorruptū eē debuerat. ¶ Propterea ma ria mr̄ electa est ⁊ sup oēs creaturas p̄electa: oibus gratijs fecūdata: oi virtu- te ⁊ sanctitate i vtero mr̄is repleta: vt de mundissima mr̄e mūdissimus nasceret̄ ⁊ filius: ⁊ sicut i celo filius hūit patrē imortalē ⁊ eter nū: sic ⁊ i terra hēret mr̄eꝫ oi corruptiōe carētē. Jgit̄

i celo q̃lis ē pr̃ talis ē filius: ⁊ i terra qualis ē mr̃ talis ē secundum carnem filius In celo cū pr̃e eternus ē ⁊ īmēsus: ⁊ i terra cū matre tp̄alis ē ⁊ mansuetus. In celo cū pr̃e sublimis ē icorruptus: ⁊ i terra cū matre hodie in p̄sepio humilis ⁊ corruptibilis apparet. In celo imago p̄ris apparet: ⁊ in terra marie filius oñdit. In celo sider⁊ ⁊ cunctorum factor oñdit: sed i terra hodie per mr̃em iter bouem ⁊ asinum collocatur. Mater virgo ē ⁊ i humilitate exultat: sed eius hodie filius humilitatē facto cōmēdat. Per virginem hodie venit ad nos: ⁊ per virginem p̄cessit nos. Per icorruptionē venit vt peccatū tolleret p icorruptionez p̄cessit vt virtutē dmōstraret. Venit ad nos bodie ille nazarenus Jesus vt cōferret remedium p̄cessit vt daret exēplū. Nō.n. potuit arbor bona malū fructū facere: qm̄ oīs arbor ex fructu suo cognoscit. Radix integra ⁊ ram⁹ fructusq; incorrupt⁹ ē. Saluatoris igitur nr̃i aduētus gabriel nūcius missus ē. vt nouam in carne natiuitatem filij dei p̄dicaret: i qua forma serui dño sociata hostem potenter deuiceret: fortis in illo ⁊ fortis in prelio: nō tñ violenta ad inferendā iniuriā sz efficax ad iustitiā obtinēdaz. Propterea Gabriel missus est vn⁹ d maiorib⁹ celorum angelis sz iō Gabriel dr̃ q fortior cunctis erat Gabriel enim fortitudo interpretatur: qz ip̄a ēt infirmitas fortitudo fuit: qm̄ in ea superatus fuit inimicus ⁊ capta preda a violēto reducta ē. Tres.n. perierāt: ⁊ subsecutus ē quartus redēptor eo⁊ de⁹. Primus sine masculo ⁊ femia vt Adaz. secūdus d masculo sine femina: vt Eua de Adam: qz ipse tulit vnam de costis eius: ⁊ repleuit carnem p ea. Tertius de masclo ⁊ femina: vt Abel. Quart⁹ de femina sine masculo: vt saluator mundi q

g de beata Maria virgie
p nobis hodie nasci digna
tus est. Quia pmus auctor
culpe deiect⁹ est p femiam
iō auctorez grē sine mascu
lo ɔcepit ⁊ pepit hodie fe-
mina Maria virgo. Hec ē
femina totius mūdi mr̄ ⁊
domina: que virgo pma-
nens peperit hodie filium
stella ptulit solem ecratu-
ra genuit creatorem: filia
ɔcepit prēz ⁊ filium simul
in vnum diuitem ⁊ paupe
rē. Ipsa filia ipsa ē mr̄ ipa
ancila ⁊ domina: ipsa geni
trix ⁊ genita ipsa cum inte-
gritate pepit: ⁊ cū virgini-
tate concepit ⁊ post partuz
vt supra diximus virgo p-
mansit: ipm quem genuit
mox adorauit Cuius ado-
rationis ⁊ gratie pticipes
nos faciat ille qui cū prē ⁊
spū scō viuit: regnat in se
cula seculorum. Amen.

De genere monachorum egyptiorum sermo. xxj.

UT nobis p litteras
declarauit scūs pa-
ter Hieronymus frēs dile
ctissimi: tria fuerūt i egy-
pto genera monachorum
quorum duo optia sūt: sz terti
um oio tepidū ⁊ oi affectu
vitandū. que sunt illa duo
q̄ optima pdicant: nisi he
remitarum atqz cenobita
rū genus ⁊ ordo: quorum
vitu clarissima ⁊ sancta cō
gregatio tempore pdicatio
nis apostolice sūpsit exor-
dium. Isti sunt illi viri pfe
cti: qbus frequenter adhe
si tpe errorum meorum p quos
etiaz illuminari merui qrū
etiam sanctitatis fama ad
aures meas perueniēs ba
ptizari non diu distuli. Et
pia mr̄e me instigante apō
Mediolanū: vt ad patriaz
remearem: ⁊ cupiens eos
habere iu visceribu schari
tatis: ⁊ cū eis pariter viue
re: ad virum illum simpli
cianuz qui a iuuentute sua
deuotissime deo vixerat oi
charitate: prexi deprecans
eum cuz fletu ⁊ gemitu. vt
mihi quosdam seruos dei
de suis donaret. Et dona
uit eos mihi paterne. Qua
re paterne eos mihi dona
uit: Quia sciebat me velle

monasterium i affrica edificare. Et assumatis mecū anastasio fabiano seuero nicholao doroteo isaac nicostrato paulo cirilo stephano iacobo ⁊ vitale pauperculo: q pecunie saculum apud Mediolanum iuenit ⁊ nō rapuit: de quo iā sermonē fecimus: qꝛ iuenit ⁊ nō rapuit: nec post auruꝫ abire voluit. Igiť istis mecum assumptis imitari cupiebam cum charissimis meis amicis Enodio Alipio: ⁊ Pontiano. qui diu mecum fuerant: ⁊ cum ceteris.xij. quos nuper assūpseram: illos quoꝛum famam etiam sanctus p̄sbyter Hieronymus mihi descripserāt. Et sic pueni ad affricam pia matre d̄functa: ⁊ edificaui vt videtis monasterium: i quo nūc sumus i solitudine ⁊ a gētib⁹ segregatū. Et placuit deo cētēnaꝝ numeꝝ fratrū mihi donare: illuminās coꝛda nostra. non solum sāctissimos p̄res solitarios imitari. ꝫ ēt in hac solitudine moꝛe apostoloꝛum oīa cōiter possidere. Hec de⁹ nos seruare ⁊ postea docere: ⁊ per nos vobis p̄cipere voluit. Sicut enim videtis q̄ ante me multi fuerunt patres: quos sequi ⁊ imitari debemus: non tamen sicut ego secundum apostolicam vitam alios viuere docuerunt. Caput igitur pꝛincipium omnium vestrum secundum apostolicam vitam meipsum dicere non erubesco. Non tamen vos pigeat eos sequi ⁊ imitari in omnibus. attēdentes omnia cōmuniter habere: quia in cellsitudine paupertatis viuētibus nō licet nisi vt vnuꝫ sit coꝛ vna sit anima: ⁊ omnia cōmuniter possideāt. vnde agrorum pꝛecia ponebantur ante pedes apostoloꝛum tanquam pedibus conculcanda: quia ipi sancti apostoli ⁊ amici dei indigna reputabant agroꝛū p̄cia manibus contractari. Unde etiam in veteri lege leuitis pꝛecipiebatur nihil in ter

ra eorum possidere. Nō ergo habere debem⁹ tēporalia ad possidenduz nec ego qui ep īscopus sum habere debeo: nisi tm̄ ad dispensandum: qꝛ bona ecclesiarum patrimonium pauperum sunt. Unde ego qui episcopus sum summe cauere debeo ne res paupuz q̄s hyp ponēsis ecclesia ꝯseruar̄ vꝛ diuitib⁹ largiat̄ qd bn̄ feci hucusqꝫ. nā ꝯsāguieos habeo. ꝛ nobiles se eē dicere nō erubescūt: ꝛ ad me epz veniunt aliquando cuz minis aliquando cum blandimentis dicētes. Da nobis aliquid pater. Caro. n. tua sum⁹. Et dei grā ꝛ vestris orationibus mediantibus consanguineuz aliquem me p̄dicasse nō recolo. Cariores. n. mihi reputo paupes q̄z diuites quia hn̄tes victū ꝛ vestituz fideles oēs ꝯtēti eē debēt. maxime nos clerici in cui⁹ rei signum capita tonsa ꝛ rasa habere d̄mbe⁹. ne diuitiaruz capilli occupent mentē suoꝝ dei. Eia ergo fratres mei estote paupes nō solū verbo. sꝫ ꝛ ope ꝛ veritate: attēdētes quid vobis dicat qui nostrum se fecit p̄cium i ara crucis: q etiaꝫ noster est aduocat⁹ ī celo. Dicebat. n. ille deus deorū discipulis suis dicebat illis quos de toto mūdo p̄ elegerat: vt essent sal terre lux mūdi rectores eccl'ie militātis magistri ꝛ senatores eccl'ie triūphantis. Ait. n. bti paupes spū ñ bti q sub dura ꝛ grandi necessitate patiūt̄. Tales. n. murmurant d̄trahunt: ꝛ inuidēt hn̄tib⁹ rapiūt ꝛ furāt̄: sꝫ si nō ope saltē volūtate hec adimplere conāt̄. Jō tales btōs nō appellat saluator qꝛ nō paupes sꝫ miseri sūt p̄dicandi. Quare: Qꝛ de āgustijs tpalibus educti ad eternas miserias deputati sunt. vbi nō solū beatitudinē hr̄e nō poterūt. sꝫ nec guttā aque iuenient. Bti ergo paupes spū sꝫ ñ pauptatē simulātes. Tales sūt hypocrite paupertatē foris p̄dicātes: nullaꝫ tm̄ necessitatē portare volē

tes. Tales. n. i cũctis opi-
bus suis sperant reuerẽtia
honoris. glĩaꝫ laudis: a me
lioꝛib⁹ metui ⁊ venerari vt
deus: sancti ab oĩb⁹ voca
ri desiderãt: sola voce pau
ptatẽ ⁊ abstinentiã p̃dicãt
sꝫ digito suo nõ cogitãt ea
mouere: coꝛpoꝛa d̃spectis
vestib⁹ tegũt foꝛis sꝫ itus
ad carnẽ purpura iduũtur
i cinere p̃dicãt se iacere: sꝫ
excelsa pallatia nõ despici
unt: ãgelicã faciẽ foꝛis oñ
dunt sꝫ lupia coꝛda eos ha
bere dubitam⁹. Tales fue
rũt illi sarabaite: de qui
b⁹ tertio nobis scripsit pa
ter Hieronymus: q̃ruꝫ ge
nus ẽ oi affectu vitãdũ. Ip
si d̃niqꝫ iegypto erant: In
foꝛaminibus petraꝝ hitan
tes iduti poꝛcoꝝ boũ pelli
bus tñ cincti funib⁹ palma
ruꝫ: spinas ad calcãea poꝛ
tantes a d cingulũ ligatas
discalciati ⁊ sanguine cruẽ
tati: cauernas exeũtes ad
festuꝫ scenophegie pgebãt
ierosolimã ⁊ scã scõꝝ itran
tes pauptatẽ ⁊ abstinẽtiaꝫ
p̃dicabant oi affectu fuare
barbas postmodũ i ɔspe-
ctu hoium sine redẽptione
euellere festinabãt: ⁊ sic ac
qsita fama ⁊ lucro ad pro-
pria remeabant solitarie
gaudẽtes ⁊ epulãtes supra
id qđ explicar̃ possumus.
Hos fres mei ⁊ filioli mei
quos quotidie parturio i
visceribus charitatis noli
te obsecro imitari: qa non
beatos sed damnatos eos
eẽ p̃dicamus. Amate igit̃
pauptatẽ amate eã oi affe
ctu ⁊ nolite d̃ficẽ vt sitis, ge
n⁹ electũ ñ abiectũ gẽs sã
cta: nõ obstinata pplus ac
qsitionis: sꝫ nõ pditiõis re
gale sacerdotiũ: sꝫ nõ ve-
nale p̃cium: vos estis illa
apostolica foꝛma sctãqꝫ
ɔgregatio a mũdo coꝛde ⁊
ope segregata: q dei virtu
te iã pcussistis duces: mo-
ab satrapas ⁊ tyrãnos ie-
rusalẽ ⁊ egyptioꝝ hypocri
tas iã vulnerastis ad moꝛ-
tẽ. Uos estis vinea mea ele
cta in medio ecclesie para
disi plantata chꝛisti redem
pta sanguine ⁊ irrigata. ad
hanc vineam ego sol⁹ dei

virtute vos congregaui: ꝛ operarios meos vos feci: vt laborantes in ea vsqꝫ ad finem dignum fructuꝫ recipiatis in tempore suo Ad hanc vineam vos elegi: ad hanc dei hereditatẽ vos conuocaui: licet fauoratus a sancto episcopo Ualerio. qui de bonis epãtus. vt monasterium in heremo edificareꝫ mihi multa donauit. Non .n. satis fuit patrimonium meũ vẽdere: nisi ẽt ipse me coadiuuasset ad hãc igiẽ ꝯgregationẽ vos elegi. non vos me elegistis sꝫ ego elegi vos. Et ecce postq̃ꝫ eps̃ factus sum Uitalem. nicolaum. Stephanum. Dorotheum Paulũ Jacobũ ꝛ Cirillũ frequenter rogaui. vt me solum in epatu non dimitterẽt qꝛ lꝫ eps̃ eẽꝫ nõ tñ credebaꝫ pauptatẽ despicere sꝫ cũ Abraã Isaac ꝛ Jacob inter diuitias viuere: ꝛ veram pauptatẽ suare optabam. vt de numero eorum essem de quibꝰ ait apostolus. Tanq̃ꝫ nihil habentes ꝛ oĩa possidẽtes. Igiẽ hos frequenter rogaui vt venirent non vt essent rebelles heremi: sꝫ vt solitarie ꝛ i ciuitate viuẽtes habitarẽ possemus in palatio sacto. Sꝫ ecce voluerũt vẽire tanq̃ꝫ de seipis timẽtes: ne a seculo caperẽẽ. Noluerũt vẽire. Quare noluerũt. Non qꝛ nõ digni: sꝫ qꝛ nõ solum paupes eẽ voluerũt: sꝫ ẽt id qđ supra in speculo nostro edidimus facere voluerũt calcantes ꝑ oĩa seculũ ꝛ põpas eius. De quo munere sũmuꝫ gaudium oẽs hr̃e đ bemus: qꝛ facere voluerũt ea q̃ deo ꝛ mihi facere promiserũt. Et qꝛ solus stare non poteraꝫ episcopus: iđ rogaui sanctuꝫ senem episcopũ valerium q mihi iaꝫ ptãtem ꝑdicandi ꝛ obsecrãdi i populo đderat vt infra domum epi mõasteriũ clericoꝝ ꝯstituerẽ. Et placuit sancto episcopo mihi cõdescẽdere: ꝛ sic cum eisdeꝫ i oĩ paupertate viuere cepi non manducãs carnes: nisi dum hospites veniunt:

¶ Quādo recessit d̄ ordīe Sermo. xxij.

ꝫ tantum olera ⁊ legumina absqꝫ oleo uel butyro sicͭ ante vobiscū cum gaudio facere ꝯsueueram. Igitur fratres mei licet in cathedra episcopali me videatis paupertatem tamen mihi charā sponsam tenere congratulor: quia ipsa ē ēt xp̄i spōsa sanctorum possessio beatorum uita fidelium securitas: clericorū ornamētum: monachorum uita: nobilium pulchritudo diuitum magnificētia. Nec n. ē illa scā pauptas quā qͥ tenet ⁊ amat nulla idigētia laborare pōt. Nec mirum frēs qꝛ sibi datͬ oīm dn̄m possidere. Ipe ē. n. sperantibus i se: thesaurus i pauptate: solatium in solitudine: gloria in abiectione honor i ꝯtēptu: vmbraculuꝫ in oī ꝓtectione. Estote igitur paupes frēs mei. qm̄ d̄ siderīū paupum exaudiuit dn̄s. ⁊ p̄parationeꝫ cordis eorum audiuit auris sua. Tūc. n. uere paupes eritis spiritu. tunc vere beati: tunc benigni. tunc obedīētes: tunc ueraces: tunc nō ficti: tūc oīs mali ignari: si vero corde ⁊ ope pauperes inueniemini. Quā gratiaꝫ nobis ipetrare dignetͬ beatus p̄micerius martyrum Stephanus: q pro suis ꝑsecutoribus exorauit dominuꝫ nostruꝫ iesuꝫ xp̄m: qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Quando recessit d̄ ordine Sermo. xxij.

FRatres mei ⁊ leticia cordis mei: tp̄s ē, vt reuertar ad eū qui ē ⁊ qui misit me ad vos: vos uero nolite contristari. nec turbetur cor vestrum. Rogabo enim patrem ut ipse uos custodiat ⁊ maneat vobiscum in eternum spirit⁹ ueritatis. Iterum etiaꝫ dico. Nolite d̄ meo recessu amplius cōtristari: ſꝫ semper orate pro inuicem ut saluemini. Valde. n. seruis dei ⁊ solitarijs est necessaria ipsa oratio: per quam deus placatur: per quam deus inclinatur ad

nos. Adorauerat. n. popu
lus iudaicus vitulum ꝯfla
tilē ⁊ ait dñs moysi. Dimit
te vt irascat̄ furor me⁹ con
tra eos: Cui moyses. Que
so dñe qescat ira tua: ⁊ esto
placabilis super malitias
populi tui. Et ecce placat⁹
est dominus. O q̄ȝ grādis
est ip̄sius orōnis cā: o quaȝ
grāde mysteriū. ecce moy
ses errabat in monte ⁊ io-
sue amalech deuicebat. ꝑ
orationē ezechias sanat̄ ⁊
salutem aīe ⁊ corporis adi
piscit̄. Per orōneȝ saluus
efficit̄ paulus ⁊ doctor gen
tiuȝ ⁊ predicator orbis ter
re. Obsecro g° frēs vt ore-
tis ꝓ inuicē vt saluemini.
Deprecor fratres mei cum
apostolo primum oīum fie
ri obsecrationes oratiōes
postulationes cuȝ grāꝝ ac
tione. Orate ⁊ nolite d̄fice
re. ⁊ si possibile est lachry
mas fūdatis. O q̄ȝ magnū
vespertinuȝ sacrificium deo
obtulistis lachrymas cuȝ
orōne effūdere. Diuia eni
scriptura aliqñ ad lachry-
mas aliqñ ad gaudiū nos
iuitat. Sepe. n. dicebat sal
uator discipulis suis. Bti
q lugent in hac vita. quia
gaudebunt in eterna vita.
Pri⁹. n. dolendū ē ȝ post
dolorē gaudiū subsequet̄
qꝛ bti q lugēt. Sed postea
dicit saluator gaudete ⁊ ex
ultate qm̄ merces vr̄a co-
piosa est i celis q̄ qdē mer
ces vr̄a ꝑ lachrymas ⁊ orō
nes acqrit̄. Orate igit̄ frēs
mei i heremo. orate ⁊ noli
te d̄ficere: nā sicut ꝓprium
ē canibus latrare ita ꝓpri
um est heremi cultoribus
orare. Bonoꝝ. n. orō locu
tio ē ad deuȝ. Qñ. n. serui
dei legūt deus sine dubio
eis feruēter loqt̄: sed dum
orant cū deo suauit̄ loquū
tur. Ipse. n. sapiēs ē: quia
sub paucis verbis multa
ꝯprehēdit. ⁊ qcqd necesse
ē hilariter tribuit ⁊ abūdā
tius atqȝ pfectius q̄ȝ hoīes
sciant vl' valeant cogiare.
O fratres mei dilectissimi
clamate i heremo vlulate
in hac vasta solitudine: vo
ciferare non qescatis. cla-
mate orādo ⁊ nolite defice

¶Quādo recessit dicere clamate nō solū voce sꝫ maxime mēte. Ecce sp̄ audistis aues in deserto cantantes ⁊ laudantes deum factorem suum. Et si cantare non potestis. q: senes multi iaꝫ estis: mēte tñ' nolite tacere. Naꝫ ⁊ tacentes ore mēte ā̄t orantes exaudiuit dñs. Nec in oṙone tm̄ locus q̄ritur q̄ꝫtum sensus Ecce. n. hieremias ꝯfortatur in carcere: daniel inter leones exultat: tres pueri i fornace tripudiant. iob in sterqlinio nudus triūphat paradisuꝫ de cruce latro inuenit: susana inter senes defendit̃. stephanus de torrēte in celuꝫ suscipit̃: ⁊ inter lapidantes pro saluo exaudit̃. Nō est igit̃ loc⁹ i quo non debeamus orare. quia de⁹ vbiqꝫ ē. vbiqꝫ nos exaudire dignat̃. Orate igit̃ semp̄ ⁊ in oi loco vt saluemini. Nō solū vnusqsqꝫ ꝓ se sꝫ pro oibus orare debemus. Nā vt ait pr̄ ābrosius si pro te tm̄ rogaueris solū tuū meritū possidebis sꝫ si ꝓ oib⁹ rogaueris oēs

pro te rogabunt. O oṙo sā cta colūna sanctarum virtutū: deitatis scala viduarum maritus angeloꝝ cognata. fundamētum fidei monachoꝝ corona ꝯiugatoꝝ lauamē. beatus qui te amat. beatior q te frequentat. Beatus qui te astrigit sꝫ beatior qui te ꝑseuerat. Beatus qui tecum lachrymas fundit. qm̄ holocaustū scūm deo ⁊ imaculatuꝫ offerre nō dubitam⁹. Flete igit̃ fratres orādo ⁊ nolite qesere. vt digni effici aĩ gr̄a dei: Sꝫ dicetis. Ecce multi sumus ⁊ p̄ter Enodium Alipiū ⁊ ꝑ Pōtianuꝫ q de scriptura sctā mltū nouerunt oēs grossi ⁊ idiote sumus igit̃ doce nos orare. O frēs mei licet grossi sitis ⁊ subtilia nō capiatis nō tñ debiliores vos reputo. sꝫ chariores vos teneo ignaros ⁊ humiles: q̄ꝫ sapientes elatos ⁊ superbos dei tñ gratiam pro vestra salute sufficit q̄ habetis. Licet. n. medullā scripturarum non intelligatis sicu

Enodius Alipi⁹ ꝛ ꝯ⁊ Pōti a nus: q rome diu mecū cō moꝛati sunt. tñ scripturaꝝ corticem nō itelligere non dubitanus. Diximus eni ꝑmo vobis: qđ psalleꝛ oꝛa re ꝛ manibus laboꝛare de beatis qñ necesse fuerit. ꝛ si vobis tp̄s supꝑfuerit dice re pater nr̄ ñ differatis. ip sa.n. dominica oꝛo appel latꝛ: in qua septē petitiōes repiuntꝛ: ī quibus oēs spe cies oꝛonis ꝯprehenduntꝛ quibus deum interpella mus: ꝑ appetēdis bonis ꝛ ꝑ vitandis malis: aut pro delēdis ꝯmissis. Tres eni prime petitiōes pertinent ad eternitatē. Relique ve ro q̄ttuoꝛ ad hanc vitaꝫ tē poꝛalē ꝑtinere vidētꝛ. qꝛ ꝛ panis quottidianus: scili cet spiritualis: lꝫ sit sempi ternus. ad hoc tñ tempus etiam ꝑtinent in quantum ministratꝛ aīe: quibusdam signis dictis. vel scriptis. Et ideo pāis dicitꝛ quia la boꝛando ꝛ differēdo disci tur. ꝛ ita quasi manducan do deglutitꝛ. Nunc quoqꝫ

peccata dimittūtur nobis ꝛ nos dimittimus alijs q̄ petitio est inter quartam ꝛ sextam. Et tentatiōes que nūc nr̄aꝫ vitā infestāt: ꝛ ip sa liberatio a malo ad hāc vitā ꝑtinēt: qꝛ dei iusticia moꝛtē īcurrim⁹. vñ dei mi sericoꝛdia liberādi sumus que cū mira sint īparuꝫ pe titionum verba diligētius ꝑtractāda sunt. vt itellecta maioꝛē generēt coꝛdis af fectū: ꝛ qđ petitur ad velo cioꝛeꝫ ꝑducatꝛ effectū. Oꝛa te igitꝛ frēs dicentes pr nr̄ referētes gr̄as largioꝛi oi um bonoꝝ: q dulcedo no stra ē vita ꝛ resurrectio no stra ē. spes nr̄a est ꝛ lumen oculoꝝ nostroꝝ: bacul⁹ se nectutis nr̄e donās nobis sensuꝫ vt eum agnoscam⁹ ꝛ secreta secretoꝛum suoꝝ intelligamus. Ipse.n. no bis dedit efficatiam ī ope gr̄am inter electos. effectū in suis ꝛ suoꝛum preceptis Solamē ꝛ ꝯstantiaꝫ in ad uersis cautelaꝫ in ꝓsperis ꝛ timoꝛeꝫ: ꝛ quocunqꝫ ver timur sua grandis miseri

cordia nos puenit. O fratres mei non negligamus orare: non carnem domare non vigilare. Et tamen quid ei retribuemus: qui non permisit nos submergi cum in mari magno essemus. Ecce.n. consumpti eramus et nos liberauit. Errantes eramus in seculo: et reduxit nos ad viam. Ignorantes eramus: et docuit nos veritatis viam. Non igitur tedeat nos orare quia non familiam regere: sed tamen deo placere debemus. Et vt bene psallere et orare possitis absque magno corporis impedimento de bonis episcopatus ecclesie hypponensis centum et quinquaginta vestimenta cum calciamentis vobis dilectis fratribus deportari precepi. vt tempore frigoris quantum necesse fuerit vnusquisque recipiat reponentes ea et custodientes in communi vestiario cum omni diligentia et charitate: scientes quod vera charitas: non querit que sua sunt sed que dei. Sic autem facientes non deficietis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti eterni dominum nostrum iesum christum: aptet vos in omni bono: vt faciatis voluntatem eius faciens in vobis quod placeat coram se per christum iesum: cui est honor in secula seculorum Amen. Orate pro nobis fratres: et ante meum recessum cupio vos salutare in osculo sancto. Amen.

¶ De ieiunio sermo.xxiij.

Frequenter audistis fratres charissimi quod ieiunium est res sancta: opus celeste ianua regni futuri seculi forma: quod si quis iuste perfecerit dei socius existimabitur: sibi coniungitur: et spiritualis efficitur. Per ieiunium fratres mei prosternuntur vitia augmentantur virtutes: humiliatur caro diabolice devincuntur virtutes. O sacrum ieiunium. tu corpus refrenas ne surgat: tu virtutes incitas vt resurgant tu reum illuminas et sanas vt viuat. o ieiunium tu suaue es bonis. tu odibile es malis. tu delectabile es

sanctis sz detestabile prauis. O sacrum ieiuniuz: tu diuina mysteria pandis: q sapientie et prudentie sũt agnoscis: recordari preterita facis ordinare p̃sentia non negligis: et p̃uidere futura festinas. Sed cauete frẽs mei ne ieiunãdo superbi efficiamini: ne cupidi: ne auaritia vel hypocrisi pleni. Nã sepe audistis q babilon ciuitas magna et populosa est inimica christianis idolis seruiens: diuersis erroribus mancipata quã vt dicunt aliqui gigantes eaz edificauerunt: sed superbia inflati fecerũt in medio turrem que vocata est babel. Postea vero venit nabuchodonosor et ãplificauit eã et ditauit: et inflatus supbia clamauit et dixit. Nõne hec est ciuitas babilon quam ego edificaui in domum regis i robore fortitudinis mee. et in gloriã decoris mei. Et dũ rex sic exclamaret vox irruit sup eum dicens. Tibi dicitur rex. Regnum tuum transiet te ab hominibus eijcieris: et cum bestij sferisqz erit habitatio tua fenum vt bos comedes et septez tempora sup te mutabunt̃ donec scias q excelsus dominat̃ in regno hominum. Et sic videtis q superbiendo regnum terrenum amisit et sensum. quia cum bestijs habitare volebat. Babilon hec fratres mei mundus iste est: q plenus est ↄfussione plen⁹ erroríb⁹ iniqtatib⁹ et veneõ malitie. ecce nũc frẽs mei quomodo totus mũd⁹ in maligno posit⁹ ẽ: ecce quomodo diabolus regnat in eo dũ regnat ambitio: dũ dominatur pfidia: dũ conculcat̃ simplicitas. Et iõ fratres hec omnia agnoscẽtes caueamus a cunctis malis scientes q per solaz humilitatem omnia mala vincere valemus. sine qua nr̃a ieiunia nobis non proderunt. Hec est per quam ad vitaz intrare poterim⁹. Non ergo extolli debem⁹ si ieiunamus: sed humili-

tatẽ euantes semp philoso phari nõ destinamus. qd enim est philosophari nisi mortem pmeditari. Ad regnum enim celorum non pducit nos gloria mundi: non multitudo diuitiarũ: non nobilitas generis: nõ scientia: nõ sapientia: non facũdia verboꝝ ꝫ sola grã christi ⁊ virtutes ⁊ opera. Eia igit̃ frẽs cõsiderate ad quid huc venistis: ad quid heremum pcupistis: quid agere voluistis: quod officium habere desiderastis. Omnes vno ore dicetis. deo seruire optamus. Et quia sic est propterea ea attendere feruenter debetis ꝙ vestrum officim ẽ nõ solum carnẽ ieiunijs ⁊ abstinentia esce ⁊ potus affligere. quantum valitudo nature permittit: ꝫ etiã mundum contemnere: peccata deflere: ⁊ non doctoris appetere cathedram: ꝫ in cinere ⁊ cilicio pseuerare in heremo vsqꝫ ad mortem debemus. Adiuuet nos christus filius dei quem credimus ieiunasse quadraginta diebus ⁊ quadragita noctibus: qui est bñdictus in secula. Amen.

¶ De sãcto Hieronimo quõ fuit cardinalis ⁊ quomodo reliquit cardinalatuꝫ. Sermo. XXiiij.

Legimus. enim fratres charissimi sãctum patrem Hieronymum cardinaleꝫ fuisse in ecclesia sancti Laurentij martyris: ⁊ quia romanos de auritia ⁊ fetida luxuria fortiter rep̃hẽdebat ab eis p vestem muliebreꝫ vt iam audistis: eum pclamare in populo voluerunt ꝫ deo auxiliante sanctitatis fama minime diminuta: romam tandem egressus est: ⁊ cũ Paula ⁊ Eustochio: quas in fide christi nutrierat: earum patre rogante: vt nobis p epistolam scripsit: asperrimam vitam sanctus pater Hieronymus duxit: in tantuꝫ vt neminem legere audiaꝫ fidelium modernorum austeriorem fuisse. Itaqꝫ fra

tres et nos: vt uidistis: mū dum ɔ̄serere voluimus: ꝛ ad nemora cum Hierony- mo fugere concupimus: ꝛ ꝑseuerare ſm apostolicam vitā desideramus. propte rea diligēter attendamus Scire. n. debetis ꝙ ɔ̄mo- rantibus in solitudine ieiu nium valde necessariuꝫ est sꝫ ꝑmo videamus qd sit ie iunium. Quid. n. ē ieiuniū nisi cunctoꝝ mēbrorum sa tisfactio. Membra. n. satis facere debent propter pec cata que ɔmiserunt. Unde siqs in gullam peccauerit satisfaciat ieiunando: nam q solus ē sine culpa solus ē: ꝛ sine pena. sꝫ quoniam nullus ē sine culpa: iō nul lus sine pena viuere debet Oculus. n. meus frequen- ter peccauit: qꝛ ꝑ eū mors intrauit in animam meaꝫ Claudat̄. ḡ oculus ꝛ patia re: ne quod eum ɔ̄lectat vi deat. sic eni ɔ̄ singulis cor- poris membris facienduꝫ ē frēs. Tunc. n. magnum tunc deo acceptum tunc si bi ɔ̄uotum ieiunium red- dimus dum ab iniqtatibꝰ ꝛ voluptatibus abstinemꝰ Hoc est magnū ꝛ ꝑfectuꝫ ieiunium. sic. n. a gētes sā cte ꝛ iuste ꝛ pie viuere dici mur. Pietas. n. ē cultus deo reddere: qd dꝫ: sic tal' iuste viuere dicit̄: quando deo reddit quod reddere ɔ̄ bet: ꝛ cesaris cesari. Im- pietas qd aliud ē q̄ꝫ idola triam ɔmittere. Multi tñ dicūt quod ipietas ē quan do paupibꝰ hoibus sua nō elargiat̄. Propterea frēs mei scire vos volo: ꝙ ali- ud ē flagitium: aliud faci- nus: aliud ipietas. Flagiti um est dum peccando nos ipsos offendimus. Facinꝰ quādo proximum. Impie tas quando idolatriam cō mittimus. Similiter aliɔ̄ ē misericordia aliud est cle mētia: aliud pietas. Mise sericordia circa naturā cle mentia erga iustitiā: sꝫ pie tas erga deum versat̄. Et quia grossi estis fratres: veniat verbi gratia. Mise ricordia ē dum siquis vidē do aliquem iuste damna-

tum duci ad suspendendũ naturaliter mouet: eiq; ꝯ patit. ⁊ ita motus a suspẽdio eum liberat. similiter siqs rapuit paupi aliquid boni: ⁊ ueniat aliꝰ ⁊ raptori eripiat ea: ⁊ paupi redat Talem dicimꝰ habere misericordiam. Clemẽtia vero ẽ: vt siquis iiuste hominem punitũ videat. ⁊ obijciat se periculis vt illuz eripiat: talez dicimus clemẽtiam possidere. Pietas ãt quid aliud est q̃z deum pura mente colere: q̃ alio nomie latria nuncupat. Bñ n. tunc dicimur ieiunare quando pietate. misericordia ⁊ clementia reflorenꝰ Adiuuet nos christus: qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat i secula seculorum. Amen.

¶ De ieiunio: ⁊ vbi fuit institum. sermo.xxv.

Scire naq; debetis frẽs dileciissimi qꝫ hoc solẽne ieiuniũ quod alma matre ecclesia hodierna die precipit obseruari a creatione hominis. ⁊ in ipso mundi primordio precepit deus i paradiso Ade ⁊ Eue: vt a fructu arboris abstinerẽt. hoc etiam ante legem moises sanctus obseruauit: ⁊ legẽ suscepit. hoc sub lege helyas astrinxit ⁊ ad celuz i curru volauit. Eua quamdiu abstinuit. virgo fuit: ⁊ i paradiso pmãsit: sꝫ dum ieiunium violauit in miseriaz corruit. libidinis corruptiones persensit sub domino cõstituta remansit: ⁊ ꝺ paradiso expulsa fuit. Moyses etiam post ieiunuũ cuz deo facie ad faciẽ locutus est qui ante ieiunium deuz videre: nec ad eum accedere ausus fuerat. Hierosolima a senacherib tpe Ezechie regis ⁊ Sisare per ieiunium liberatur: ⁊ centuz ⁊ octuagintaquinq; milia celitus interfecit sunt i nocte vna: ⁊ ne feterẽt eorum corpora incinerati ⁊ in puluerem redacti sunt. Tempore ẽt Jone ieiuniũ ꝑdicantis in cinere ⁊ clitio ve

niam impetrauit. Nunqd et Josue naue filius ieiunauit plusquam per diẽ et cursum solis et lune temperauit: et hostes superauit. O ieiunium conuiuium animarũ. beatus qui te amat sz beatior qui te freqũtat Qui enim ieiunat vt bon⁹ appareat: vt conseruet: vt sanior fiat: et vt ne corpore nimis impinguescat. non beatus est ille: quia ieiunium quod facit nõ virtus ẽ sz attẽuationis. Jdeo non mundo: sed deo ieiunare, d bemus. Sic. n. sci pr̃es in veteri lege faciebãt. Decimas. n. do dabant et pmi- as d obi⁹ bõis suis sic et nos pmitias dar̃ dbem⁹. Quas nunc pmitias a deo dam⁹ corpe quidẽ a cibis elemosynas dãdo: et mẽte a vitijs ieiunam⁹. Et tunc deo tales pmitie accepte sunt. sz scitote fratres mei q antiqtus pr̃es nostri fideles ieiunare consueuerunt in vigilijs magnarum solemnitatum vsqz ad noctem: qd laudandũz erat et bonum Sed hoc non solum. sz etiam vigilabant p noctem et ad ecclesiam ludẽdo et corizendo conuẽiebant: quod detestabile erat et tales nõ solum remanserant non solum papiẽses et rauenates sz ẽt mediolanenses. De q̃ turpi consuetudie dolebat mediolani mater illa que me carne et spiritu in christo regenerauit. Et institutum ẽ ipa istigante a patre nr̃o Ambrosio: vt vigilie cassarẽt vl cessarẽ a cũctis vt homicidia et fornicationes a fidelibus deponerẽtur. Solum tantum ieiunium mẽtis et corporis cum elimosyna mediolanensis ecclesia fidelibus reliquit Sz dicetis: Nunquid i vita nostra semp ieiunare debemus: O fratres mei legem meam recepistis et audistis frequenter inter cetera q carnem vestraz domentis abstinẽtia esce: et potus q̃ztum valitudo pmittit. Nolo enim meipsuz ligare nolui onera vr̃a portare: sz hoc solum sup vos

ponere volui: vt ieiunetis ⁊ abstinentiis q̃stum facere deo fauente potestis. Nolo tamẽ q̄ diebus dominicis ieiunetis: hoc enim heretici ⁊ infideles faciunt. Omne autem ieiunium exceptis diebus dominicis bonum est ⁊ laudandum: si bñ fit: Aliquod tamen ẽ ieiunium deuotionis. vt ieiunare vigilas sanctorum Cipriani compatriote nostri: ⁊ Geruasij ⁊ Portasij: ⁊ similia. Aliud ẽ ieiunium institutionis: vt assumptionis sancte Marie ⁊ natiuitatis sãcti Joãnis Baptiste: Mathei ⁊ Andree ⁊ Jacobi maioris istorum n. vigilias ieiunarẽ semp̱ debemus: vt sicut ieiunando cum eis patimur: ita ⁊ i futurum cum eis parit̃ gloriemur: Sʒ mox mihi fratres dicetis: cur festum natiuitatis sancti Joannis celebramus. Nunqd in peccato conceptus ẽ: ⁊ ideo attendite q̄ prius seminatur homo: postea ꝯcipit̃ i vulua: ⁊ ibi caro format̃ dein de post dies. xlvij. creatur aia: ⁊ corpori ĩfũdit̃: secũdũ sanctũ patrẽ ⁊ martyrẽ Ciprianũ cui i oĩbus ꝯpello: credere q: p̱ spiritũ sanctum optime locutus est. Celebrat̃ tñ natiuitas sctĩ Joãnis Baptiste nõ p̄ma sʒ secunda. Prima. n. natiuitas fuit in vtero: qñ aia i vtero fuit ĩfusa. Alia vero ex vtero qñ venit ad lucem ⁊ hec sine peccato fuit quia sanctificatus fuit in vtero Hec ãt festiuitas non solũ apud fideles: sʒ apð ĩfideles vigiliã hẽt. In hoc festo maxime pagãi ĩfideles ad ecclesiaʒ suã ꝯueniebãt vt supra diximꝰ: Sʒ d̃structis vigilijs illis adhuc tñ antiq̄tatis nomẽ tenemus q: dũ ieiunamus vigiliam nuncopamus. Uel aliter dicamus fratres. Nã duʒ illa scã Elisabeth q̄ filia fuit scẽ Ismare que q̄deʒ Ismara soror fuit carnalis sãcte Anne matris domine nr̃e dũ grauida eẽt d̃ Joãne añ adnẽtũ virginis: sanctificatus Joãnes nõ fu-

issset salutata Elisabeth a virgine: mox Joãnes sctificatus fuit i vtero. Merito ergo eius natiuitatem celebrare debemus. sz nunc d apostolis: quorum vigilia nõ habet dicam⁹. festum n. Philippi & Jacobi ieiunium non hẽt: eo q inter pasca & pẽthecostem ẽ. qd tp̃s ẽ gaudij letcie: & exulationis: qr saluator surrexit a mortuis. Jacobus ẽt zebedei apl's apd q̃sdaz uigiliã ñ hz: eo q occisus fuerit i dieb⁹ azimoꝝ: nec diẽ mortis ei⁹ clebram⁹ sz potius translatiõis. Bartholomeus ẽt uigiliã nõ videt hr̃e: eo q vna dierum fuit decoriatus: & seq̃nti die obijt: & sic si haberet uigiliam: oporteret q eẽt in tertia die ante: qd ẽ ꝯtra normam aliorum ieiuniorum Thomas autez uigiliã nõ hz: eo q in aduentu venit. Barnabas ieiuninius nõ hz quia de duodecim non fuit. Mathias ieiuniũ nõ hz: eo q tp̃s ieiunij ẽ. Joãnes euangelista ieiunium non habet eo q in gloria in excelsis sumus: & gloriã in excelsis deo cantare debemus. Rogo tamẽ vos frẽs licet ieiunia ista seruare non teneamini ꝓ remissione peccatoꝝ vr̃oruz vel pro periculo hostium ieiunare nõ d̃sistant: carnẽ domantes q̃ztũ portare potestis. Adiuuet nos xp̃s fili⁹ dei q pro nobis nasci & mori dignatus ẽ Amen.

¶ De murmuratione sermo .xxvi.

Memorantibus nobis in heremo fratres dilectissimi murmutores d̃tractatores vl' susurratores nullatẽus eẽ d̃bemus sciẽtes q tales regnũ dei nõ ꝯseq̃ntur. Nõ igit stulta loquamur ligua dolosa: sed cum d̃i adiutorio sine cuius voluntate & nutu foliũ arboris non mouetur: ois murmuratio vl' detractio procul sit a nobis considerantes quid marie sorori aarõ & mosi. qr murmurauit acciderit: Nam

murmurauit: quia moses vxorē ethiopissaȝ duxerat ⁊ ea murmuratiōe iratus ē dn̄s valdē: eo q moyses eēt mitissimus sup oēs homines q morabant in terra. Et ait dominus aarō ⁊ marie. Egredimini foras ad tabernaculū federis. Qui bꝰ puenientibus ait dominus. Quare non timuistis ɔtrahere seruo meo moysi cui loquor facie ad facieȝ seruꝰ meus est: ⁊ in domo mea fidelissimus ē. Et ecce statim maria repleta est lepra: candēs sup eam quasi nix. Quā vidēs moyses exclamauit ad dn̄m dicēs Deus obsecro sana eā. cui rn̄dit dominus. separet se ptem diebus exstra castra ⁊ postea reuocabitur maria ad pristinam sanitatem. Ideo attendite fratres q maria hec que peccauit animam subditoruȝ ⁊ discipulorum significat: quando suo preposito. uel presbytero obedire recusat: ⁊ recusādo murmurat ⁊ murmurando leprosa efficitur: quod bene apparet dum culpa eius publicatur. sed bonus pastor q omnium uestrum curam gerit querēs salutē animarum compatitur peccata ⁊ auxilium diuine medicine pcibus postulat ifirmanti clamatqȝ quotidie idefessa voce pastor bonꝰ: q aiam suā ponē nō ɔsistit p ouibꝰ suis dicēs. Obsecro dn̄e sana eā. sana cōtritiōes eius qr ɔmota ē. Sana eā qr lepra murmuratōnis plēa ē Reuoca eā. qr a ɔsortio fideliū tuoꝝ separata ē. Igitur frēs attēdite ne murmuratores ī heremo sitis. Nā sicut lepra pprium corpus ɔuorat. ⁊ sibi adherētes inficit: sic ⁊ murmurator nō solum seipsum destruit: sed etiam cunctos audientes occidit. Ideo fratres attendite vt non murmuratores: vel loquaces simus sed veraces: quia ī superfluo eloquio peccatuȝ deesse non poterit. nec omnino veritas adhesit. O q̄ȝ grande periculum est non

solum dicere falsa: sz ⁊ vera p̄dicare penosum ⁊ dubium ē. Loquaces deniqz laudare non audeo: sz tacētes beatos predicare p̄sumo. Attēdite o frēs mei. Attēdite ne simul cum presbyteris meis murmurantibus capiamini. Nam ad vos pueni: ⁊ in diebus pascalibus vobiscuz i hac solitudine eē uolui. ⁊ murmurauerūt ⁊ Augustino d traxerunt p̄sbyteri ⁊ noluerunt diuinis obedire p̄ceptis. Ideo leprosi murmurando facti sūt: ⁊ i mundicia peccatorum pcussi sūt ⁊ a domo mea expulsi sūt qꝛ vocari nō fuerūt digni mecum pseuerare: Jō separati sunt ⁊ expulsi. qꝛ nō potuerūt sine murmure stare Vos āt q̄rum offm̄ ē semp orare feruētius nūc orare vos precor: vt tanq̄z senatos ad ꝯmunitionem ecclesie hypponensis reuocare gaudēter possumus illos: q̄les inuenire credidi quales inuenire nō potui: hec tamen expulsio ē ad salutē non ad pditionem: ad correctionez nō ad damnationē. Sic. n. expulsus ē adaz de paradiso: vt in hoc exilio miserie corrigeret̄ vt in hac pena temporali p gratiam adipisceret̄ eternam promissionem. Nam licet Adā peccauerit dn̄s tamē eū non deseruit: sz ad penitētiam eum ⁊ suos semp inuitauit. Postq̄z. n. adam peccauit latē se voluit ⁊ abscondit se a facie dn̄i: quod erat signum doloris ⁊ erubescētie. Sic. n. uos facer̄ cupio frēs. Nam ⁊ si aliquando murmurastis vel peccastis erubscite ⁊ abscōdite faciē vestram p humilitatē a saluatore: ut dum uisitauerit uos in solitudie paradisi ⁊ uocauerit uos dicens cuilibet: adam ubi es: consideretis in quanta peccatorum miseria positi sitis. Per hoc. n. q̄ eum proprio nomine uocat: signum dat q̄ ad penitētiā uocat. p hoc q̄ dicit vbi es ondit q̄ uiā pcc̄ris ignorat n̄ tn̄ q̄ ignoret. sz q̄ repro

